



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ivlii Cæsar| Scaligeri| Epistolæ| &| Orationes|

Scaliger, Julius Caesar

Lugduni Batavorum, 1600

Ivlivs Cæsar Scaliger Gvidoni Golardo Brassaco Regio In Senatu
Burdegalensi Consiliario S. D. XVII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70455](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70455)

criti lusibus. Id tibi, quoniam nunc non est,
quod a me feras, habeas velim ea lege, ut
cætera, quæ a me proficiscuntur, quæ au-
tiora atq. castigatiora redeant. Vale. Agen-
ni Cal. Martiis.

Iulius Cæsar Scaliger.

THEOCRITI CERIOCLEPTES.

Dum cellas vexat digitis, furtimq; puilla
 Surripit argutus mella Cupido manu:
 Parca operis vindex digitorum summalatronis
 Iracunda fero vulnere fixit apes.
 Ille manum rapit, ac terram suadente dolere
 Pulsat, & accensam corripit ore manum.
 Atque inter lacrymas ostendit vulnera matri,
 Muffans obliquis multa supercilii,
 Quodque adeo tenui senisset barbara telo,
 Parua foret validi vulneris auctor apes.
 Cui mater ridens, Ne te his incesse querelis.
 Tu quoque tam parvus vulnera quanta facis?

IVLIVS CÆSAR SCALIGER

GVIDONI GOLARDO BRASSACO REGIO IN

Senatu Burdegalesi Consiliario. s.d. XVII.

QVOD perlibenter feci, Guido Golarde,
 vt tui memoriam perpetuo colcrem:

F 3 hoc

hoc aliquando quoque agendum existimabam , ut hanc animi mei propensionem officio aliquo apud posteros testatam relinquem. Neque enim æquum erat , virtutum tuarum magnitudinem , quæ aeternam esse debuit , mea morte apud me intercipi , ac mecum interire. Ac quanquam per se ipsa sempiterna vniuersi orbis literarii celebratione futura fuit : per iniquum tamen videbatur , si cuius cæteri omnes meminissent , quem non noscent tamen : ego , qui præsens admirarer , obliuiscerer . Cum igitur ad Heroas meos , quorum & sapientiam & fortitudinem , & fortunam non sine miraculo contemplamur , hisce vindimiarum ferijs respexitsem : nullam ad illorum dignitatem aptiorem sedem arbitratus sum , quam istum tuum animum , cuius ambitu siue æquitatem , siue magnitudinem illorum unus possis capere. Agnosces hic nobilitatem vestram multo vetustissimam longe esse inferiorem & prudentia tua , & humanitate , & iustitia , & fortitudine & moderatione , quas tu sane omnes in illorum memoria per elogia nostra representas. In his fortiusculum orationis filum deduximus , propterea quod erat materia per se cum vulgata tum grauis. Quare &

sen-

tentia pressiores cruendæ fuerunt mihi ,
quæ minus expectarentur : & numerorum
lenitas non in omnibus potuit sequi nos.
Ad misericordia Heroinas , & merito : tanto im-
penitus , quanto sexus ille per se imbecillus
maiore miraculo maximarum virtutum
laudem occupat : inter quas etiam Angelam
Nogarolam materteram magnam no-
stram , poetram admirabilem . Eius ex-
tant monumenta Etrusca lingua , Latina ,
& Græca aliquot ad Xystum Pontificem
Maximum : ut iam mendax Græcia Co-
rinnas suas parum pudicas desinat admi-
rari . Te vero , Golarde , inter hos cum non
reposui , id ea de causa feci , quod tibi isto-
rum omnium laudes deberi iudicabam .
Etenim qui iuuenilibus annis corporis aut
robore aut dexteritate cesseris nemini : æta-
te nunc stata animi magnitudine , lenitate ,
sapientia , omnium mortalium splendidissi-
mum quenque ordinein facile compleas :
hos tibi vniuersis omnium animi corpo-
risque dotium numeris præstantes viros
dono do : quorum in speculo & tu te nunc ,
& item posteri te ipsum intueantur . Vale .
M.D. XXXIX.